

que Spiritus effratos reprimit ; ab excursibus & exorbitantiis retrò cogit ; in ordines compellit ; & ne motus convulsivos concipient , impedit.

Oleum Acovisticum.

R. Ol. Amygd. amar. 3j. Ol. Nuc. Mosc. Cymini, Majoranæ, Petrolei à gut. iv. Zibethi gr. jj. m. Iisdem gaudet virtutibus ac Mist. Acovistica.

Oleum Cephalicum.

R. Bals. Peruv. 3j. Ol. Rorifimar. Salv. Majoranae, Nuc. Mosch. à gut. iv. Camph. 3f. m.

Externè usurpatum calefacit, dissipat, & roborat : Usui est ad Capitis (præsertim Pericranii) Affectus frigidos, & Catarrosos.

Oleum ad Contusiones.

R. Ol. Lauri 3jj. Ol. Sassafr. Chym. Spir. Vini rectif. à 3j. Camph. 3f. m.

In Contusionibus, Fibrae partis licet non disrumpantur, laeduntur tamen, rigidæ, & compressæ sunt, confusa serie intricantur, & succorum transitui non satis patescunt, ac idcirco thromboruni, & humorum aggestioni, tumori, inflammationi, & dolori occasionem ministrant : Hujusmodi verò tunc illinitiones fibras illas de-nuo relaxant, lubricant, in ordines directos reducunt apertas & tranabiles faciunt ; insuper coagulationes dissolvunt, materiam aggetam dificiunt, & circulationi reddunt.

Notandum verò quod si Pars excipiens sit mollis, & tono imbecillis ; materiaque copiose afflit ; Repellentia tunc magis ex usu sunt. Ubi autem affluxio est lenta & parca ; Aggestio in parte jam figitur ; & tensio adest magna ; in isto casu Relaxantia, & Dissipantia rectius adhibentur.

Oleum Paralyticum.

R. Ol. Succini, Saffaph. à 3j. Ol. Rorismar.
Piperis an 9j. m.

Cum valida frictione usurpatur ad partem pri-
mariò affectam; nequaquam verò ad secundariò
patientem.

Partis autem affectae dignotio ex Anatome de-
sumitur, in qua Nervorum Origines & inser-
tiones docentur.

Si enim pars Faciei dextra vel sinistra resol-
vatur, reliquis partibus illæsis; Cerebrum tan-
tum afficitur, secundum eam partem à qua Ner-
vi ad partes eas deferuntur.

Si verò partes Capiti subiectæ, una cum Fa-
cie, laedantur; Spina Dorfi & Cerebrum affi-
ciuntur.

Et si partes subiectæ laedantur, Facie illæsa;
in fola Spina vitium consistit.

Et quidem in principio illius, si omnes simul
laedantur: Si verò dimidia pars Corporis para-
lytica sit, demidia, tantum Spinæ portio obside-
tur. Cruribus resolutis, affectio est circa finem
Spinalis Medullæ juxta Vertebras Ossis Sacri.
Sic in cæteris, inquirendus est locus, quo ner-
vi exoriuntur, qui ad partem paralyticam defe-
runtur. Hæc à Riverio.

Vide Linim. Paralyt.

Oleum Rhabarbari.

R. Ol. Amygd. dulc. Rhabarb. pulv. à q. v. Fiat
stratum super stratum in olla, digerantur per
noctem tepidè; dein prælo fortiter exprimatur
Oleum colore aureum.

Hiddelburgi frequenter (prout audivi) usur-
patur ad Colicam, Dysenteriam, & Vermes.
Infanti dant 3ss. Nunquam ipse quidem in usum
ad-

adhuc duxi, sed quia singulare videtur, omittere nolui.

Oleum Stigium.

R. Ol. Terebint. Tinct. Myrr. 3ij. Ol. Ceræ
5j. Euphorb. fls. m.

Si vena pertusa, Tendo vel Nervus subiacens læsus fuerit; illico foranini (sæpius ne quidem Lynceo observabili) imponatur plumaceolum hoc oleo madefactum; huic imponatur plumaceolum siccum; mox spatula ignita applicetur, ut calor & vis remedii ad interiora læsa deferaatur: hæc inustione peracta, plumaceolum Unguento Basilico inunctum (priore remoto) admoveatur, huic Enplastrum Sticticum superponatur. In hujus vero remedii applicatione, magni refert, ut ritè perpendatur qualis caloris & siccitatis gradus parti, læsa congruat; si enim exinde multum ingruat inflammatio, labiaque vulnusculi turgida & exsiccata consoliantur, medicamentum nimis effe forte judicandum erit; atque tunc pars embrœcari cum Ol. Rosarum; posteaque admoveri Cataplasma Liliaceum expedit.

Oxymel. Asthmatici fibij.

R. Rad. Zedoar. 3j. Coq. in Aq. font. fibij. ad fibs. Col. adde Gum. Ammon. (in Aceti 3iv. dissoluti) 3j. Col. adde Mellis 3iv. Coque, despuma, & cola.

Hoc Domini & Doctoris J. F. (nuperi Authoris) experimentum contra Orthopnæam, & Asthma, Pulmonum infarctus expedit: eorumque tonum stabilit. Dentur Cohl. iij. manè & vesperi per menses aliquot.

Oxymel Chalybeatum.

R. Aq. fibs. Mellis fibj. Coq. igne lento ad def.

pumationem : deinde adde Aceti Chalybeatū
(suprà descripti) tbs. Percoque dum Syrupi
consistentiam acquirat.

Oxymel de Peto.

R. Fol. Peti (puly. & nodulo inclus.) ʒis.
Agar. (in nodulo) Glycyr. añ ʒj. Sennæ, Paſſul. fol. añ ʒij. Aceti ʒiv. Coq. ad tbs. sub finem
addendo Thymi, Hyſlopi añ M. ij. Sem. Anisi
ʒis. Garyoph. ʒijj. Col. clarificatae adde Mellis
tbs. & percoquatur ad consistentiam debitam.

Usu postulante (inquit Quercetanus, qui
Oxymel de Peto quoddam concinnavit opero-
tius, cuius hoc videtur Epitome præbet coch-
learia aliquot, vel per ſe, vel cum aliqua Aqua
Pectorali.

Sanè Medicamentum hoc optimè & validè
purgat, è toto corpore, è Thorace, & Ventri-
culo, pravorum humorum faburram ; & elu-
viem exhaustit, detergit, & extirpat. Asthmati-
cis accommodatissimum ; & maximè peculiare
eft.

In ejus usu Cautione & Diorifimo opus eft,
augenda enim vel minuenda doſis pro ægrorum
ætate, & viribus. Aliquando (ratione Peti)
Vomitum ciet. Sed alia Purgantia, quæ admis-
centur cum Aceto (quod primas dotes in cor-
rigendo, & demulcendo obtinet) vchementiam
eius remittunt; & eorum ope, praefantissimum,
& efficacissimum remedium constituunt, ad pi-
tuitos Thoracis & Ventriculi Affectus. Hæc
ille.

Oxymel Purgans Pectorale.

R. Paſſul. fol. exacin. Rad. Ireos Florent. añ
ʒj. Rad. Enulæ, Calami arom. añ ʒis. Sennæ ʒij.
Agar. ʒis. Herb. Marrub. albi, Satureiae, Hyſlo-
pi,

pi, Hed. terr. aⁿ M. j. Zinzib. 3ij. Nicotianæ sicc.
3j. Aq. font. tibijs. Aceti tibijs. Coq. ad tibijs. sub fi-
nem adjicendo Sem. Anisi 3ij. Col. adde Mellis
tibijs. Coq. iterum ad consistentiam, diligenter de-
pumando.

Pituitam crassam tenacem, in Visceribus, Pul-
monibus, vel Habitu Corporis delitescentem,
varias Obstructiones, Diathes finque Oedemato-
fam, Catarrhosam, Phthisicam, Paralyticam ve
inducendam, potenter attenuat, exturbat, &
eliminat. Dof. 3ij. mané, singulis vel alternis
diebus, pro re nata.

Pasculæ Anthelmintice.

R. Uvar. Pascul. Corinth. (à fæcibus perpur-
gat.) tibijs. Rhabarb. (radulæ rasi, & linteo raro
laxe ligati) 3fs. Corallinae (pulv. & nod. inclu-
ſæ) 3j. Aq. Portulacæ 3iv. Ponantur in Olla fi-
ctili vitreata; pasta contegantur, in furno (post
panes extractos) coquantur, dum Pasculæ tur-
gescant, & emoliantur. Cap. Puer. cochl. j. mané
per aliquot dies.

Pasculæ Laxative.

R. Sennæ (à stipitibus repurgatae, & fractæ)
3iv. Bac. Junip. (contus. & telâ rarâ ligat.) 3ij.
Vini albi, Aq. font. aⁿ tibijs. Fiat Infusio calida,
clausaque sex horas; col. subsidendo depurata
adde Pascul. Corinth. (mundat.) tibijs. Coq. super
lenem focum, dum turgescant, & emoliantur:
deinde cum liquore (per incerniculum, sine
expresione, transmisso) & Sacchari pari pon-
dere paretur Syrupus tenuis, sub finem coctio-
nis addendo Rad. Zinzib. Sem. Coriand. a 3ij.
Denique Syrupus iste col. assundatur supra Pas-
culas dictas, & usui simul reconduantur.

Mannaæ 3iv. adhiberi possunt: sed tunc sac-
chari quantitas minor expetetur. Dof.